

www.e-rara.ch

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob
exegemata**

Ökolampadius, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1532

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput XXVIII

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

lutum præpararit uestem.

17 Præparabit & iustus induetur, & argentum innocens diuidet.

18 Aedificat sicut araneus domū suam, & sicut umbra-
culū (quod) fecit custos uineæ.

16 Diues dormiet & non congregabitur, oculos suos aperiet, & nulla erunt.

20 Apprehendent eū sicut aqua terrores, ut nox furabit eum turbo.

21 Sustollet eum uentus & ibit, & in turbine cōmouebit eum de loco suo.

22 Et mittet super eum (plagas) & non parcat, à manu illius fugiens fugiet.

23 Plaudet super eū manibus suis, & sibilabit super eum à loco eius.

CAPVT XXVIII.

1 SAnè est argento egressio, & auro locus (quo) conflant.

2 Ferrum de puluere sumitur & (de) lapide excoquitur æs.

3 Finem posuit (deus) tenebris & omni perfectioni, quam ipse probat, lapidem tenebrarum & umbræ mortis

4 Auxit flumē cōtra accolā, obliuioni datæ sunt (aquæ) à pede, exaltatæ sunt plusquā homo, motæ sunt.

Qq

Terra

- 5 Terra è qua exit panis, etiam sub ipsa conuersio est
sicut ignis.
- 6 Locus Sapphiro lapides suis, & pulueres auri habens (fit)
- 7 Semita quã nescit uolucris, & non aspexit eam oculus uulturis.
- 8 Non calcauerunt eam filij leonis, & nõ iuit in ea leo.
- 9 In filicem misit (deus) manum suam, conuertit à radice montes.
- 10 In petris flumina excidit, & omne preciosum uidit oculus eius.
- 11 A confusione fluctuum flumina ligauit, & absconditum exire faciet in lucem.
- 12 Sapientia autem unde inuenietur; & ubi locus intelligentiæ:
- 13 Nescit homo æstimationem eius, & non inuenietur in terra uiuentium.
- 14 Abyssus dixit non in me est, & mari dixit non est mecum.
- 15 Non dabitur aurum thesauri pro ea, & nõ ponderabitur argentum in permutatione eius.
- 16 Nõ æstimabitur cum massa auri, Ophir cum Onyxe precioso & Sapphiro.
- 17 Non æstimabilem facient eam aurum & Cristallus; & (non) permutatio eius cum uase aureo.

Coral

- 18 Corallia & Gabis non commemorabitur, & preciosa sapientia plus quam uniones.
- 19 Non æstimabilem faciet eam Smaragdus Aethiopia, cum massa anri puri non æstimabitur.
- 20 Sapientia autem unde ueniet, & ubi nam locus intelligentia.
- 21 Et occultata est ab oculis omnis uiuentis, & à uolucris cæli abscondita est.
- 22 Perditio & mors dixerunt, auribus nostris audiui mus famam eius.
- 23 Deus intelligit uiam eius, & ipse scit locum eius.
- 24 Quia ipse ad fines terræ aspicit, sub omne cælum uidet.
- 25 Vt faciat uento pondus & aquas ponderet in mensura.
- 26 Dum facit ipse pluuiæ legem, & uiam choruscationi (&) tonitruis.
- 27 Tunc uidit & scripsit eam, præparauit eam, & etiã probauit eam.
- 28 Et dixit homini: Ecce timor domini est sapientia, & declinare à malo intelligentia.

METAPRASIS HUIUS ORATIONIS.

Igitur per deum illū uiuentem ac altissimū, cui nondum
 placuit innocentiam meam, aperto iudicio reuelare, tam-
 et si animam meam multiphariam affligat, iuro sancte,
 quo ad uiuero & his armis fruar. Nūquam me iniqua &
 dolosa uestre sententia, qua me ut impium condemnatis, &
 in hoc seculo iustorum remunerationem ponitis, subscriptu-
 rum, assensurū ue uel lingua uel labijs. Procul à me absit
 ut amplexer quā uos dicitis quoad uiuero. Hactenus hone-
 stius uixi, quā ut adulando aliorū male dicta iusta cēfuerim.
 Et ab his moribus meis recedā minime; Seruabo em̄ deptā
 semel simplicitatē, & conscientia uitaeq; mea maculas inuri
 non sinā, unde postea cor meū moriscās mihi ipsi onerosus
 sim, quod tam male instiuerim uitā. Quin potius ut plane in
 deū impios, & in homines iniustos auersabor omnes qui mi-
 hi in hoc aduersant, & his quā à me sancte asserta sunt refra-
 gātur. Satiū em̄ hoc mihi fuerit, quā cum eis hostē dei con-
 stitui, & tandē eternis adiudicare supplicijs. Quid em̄ certū
 us, quā id genus impios hypocritas, qui auaritiā magis
 quā iusticiā sectant, ubi ex hac uita per deū exacti fuerit
 uniuersa spe simul destitui, imò etiam si in hoc seculo obru-
 erint illos afflictiones, frustra ad deū clamabunt, quāquidē
 nō toto corde ad deū conuertunt, neq; in illo fiduciam bea-
 titudinē ue suā collocant, sed paulisper dūtaxat, dū affligū-
 tur obsequiolo ficto eū sibi demereri & propitium reddere
 student. Atqui ego certius quiddam de diuinorū iudicio-
 rū sapientia, iustorumq; remuneratione, habeo quod dicam,
 & docebo, tam p̄spicue, ut omnes uos uisuri sitis me indubi-
 tata ptulisse. Neq; superflua erit admonitio mea, qua multū
 egeris, qui tot uana perpetuo nobis inculcare nō desinitis dū
 in hunc modū sermocinamini, nimirū meam calamitatem
 cauillātes, et dicitis. In hac statim uita, deus iustus iudex, im-
 p̄js

14 pijs ac tyrannis, hanc suam portionem & hereditatem di-
 metit; nempe, si numerosa sobole stipati fuerint, illā gladio
 fameq; interimar, & si quæ reliq; supfuerūt, eas peste absum-
 15 mar, nec matrū, nec uxorū lacrymis deplorandas, nec hono-
 16 rificis sepulturis honestandas. Sin immensam aurī, argētīq;
 17 uim cōportarint, & fastidiosam uestimentoū copiam con-
 18 gesserint, ipsis quidem labor erit in parādis illis: futurū autē
 ut alijs, iusti scilicet hisce uestibus induātur, & innocentes in
 usum suum pecunias multo sudore collectas distribuāt. Si
 19 militer licet maximis sumptibus, ac sollicitudinibus prator-
 19 ria sibi extruxerūt, breuī tamen omissuri sunt ea, & nō diu-
 tius fruuntur eis, quā araneus tela sua, aut uinearum custos,
 20 umbraculo quod tumultuario construxit. Nec longāui-
 erunt, nec leniore morbo hinc migrabūt, sed ante diem de-
 21 cumbent, relinquendi ab amicis & facultatibus suis, tūc in-
 22 uadent eos, lōge atrocissimi terrores, & latalis ægritudinis
 infestabunt impetus, mox à ualidissimo mortis uento cui
 resistere non poterūt, à loco suo abripiētes, uapulantes pla-
 gis & doloribus plurimis, ut uelint nolint quā citissime hinc
 fugere cogantur. Deridentibus interim & exhibantibus
 eos mortalibus cunctis, qui pauloante tam gloriosos &
 superbos cognorant. Et hæc quidem uos iudicatis, non at-
 tendentes multos impios plurimis pijs in hac uita felicius
 ac tranquillius etiam in ultimam senectam usq; agere.

CAPVT XXVIII.

I Tego nunc quamdiu uiuimus, iudicia dei abscon-
 ditissima esse asseuerarim, nihilq; illis esse abstrusius.
 1 Nam licet in terra & aquis lateant multa, nō tamē ita latēt,
 quin hominibus interdū manifestent, p̄dente ea, aut homi-
 2 num industria, aut temporū accessione; Diuina autē non sic
 indagabilia sunt. Metallī scrutatorū & aurifabrōrū opera,
 argentū & aurū quæ in terræ uisceribus sordida claudebant,
 Qq 3 effodiuntur

3 effodiunt & mundant. Sic ferrū aq̄as, ex luto & lapidibus
erunt hominū studia: sic quæ in profundissimis iacēt te-
nebris, deo cunctis finem ponēte, ac nullū infinitū cōstitu-
4 ente, prodeūt ac probant. Ipsum quoq; tempus multa sub
hominū oculos profert, unde toties camporū facies mutari
5 uidemus, ut ubi nunc aqua est, post aliquot annos fertilis
futurus est ager, & ubi nunc ager ferax frugū, compariturū
sit solū sulphure foetens, uel ignē exhalans, & ubi nūc mon-
6 tes & uastæ solitudines, aliquatīs post hæc seculis, uidebunt
horti ac planicies: recedente autē uel aquarū, uel soli sup̄fi-
7 cie, plurima conspicua erunt. Harena em̄ & nudati montes,
sapphiros & ramenta auri ostendent. Et quædā tam auia, &
8 semota sunt deserta, ut etiā ignota sint bestiis rapacibus, ac
uolucris solitudinē quærentibus, in illis erumpant interdū
9 flumina, quæ & uberrimos agros cū miris prouentibus effici-
10 unt, & iterū siccant flumina, & alui sui thesauros nō am-
11 plius occultant. At non ut corporalia ista, ita & diuinā
sapientiam inuenire licet, ut iudicare de illius operibus pos-
12 sis. Dic em̄ ubi gentium illā inuenies, quo in loco requies,
13 quum sese nondū reuelet: nullo precio appreciabilis est, &
quādiu hic uiuitur, p̄fecte non possidet. Si ad abyssos in-
14 fimas & trans mare p̄fiscaris, aurūq; multū obtuleris, ut tibi
demonstret, respondebūt tibi. Quid in illam nobiscum
15 quaris, nō hoc se loco demonstrabilē esse uult, frustra aurū
16 ex thesauris offers, frustra argentū in cōmutationē pendis,
17 frustra massas auri Indici, Onychinos & sapphiros, cristalli-
na, & aurea uasa cōmonstras, frustra Corallia & Gabes ac
18 margaritas cōmemoras; nam licet hæc preciosa sint, ac rara,
multo tñ rarior ac p̄ciosior est sapientia, etiā si adiudicas illis
19 Topazios & Smaragdos Aethiopicos cū maximo auri pon-
20 dere, nihil numeraueris. Et qd facietis? ubi nā inuenietis,
unde p̄dabit, Nemo mortalī illā oculis uidit, ut demōstret,
etiam

22 etiā si sursum in celū si possibile esset cū uolucris uolasset,
 & angelis se annumerasset. Quare mortē ac infernū, id est,
 eos qui olim hinc migrarūt, qd respondebūt aliud, quā fate
 ri se ignorantia suā, & se quoq; ex fama plurima audiuisse
 23 de illa, sibi uero in aspectū fuisse, Deo autē soli notam. Nobis
 mortalibus pauca admodū scire datū, deū nihil latet, q uno
 24 obtutu oēs fines terrā, & quicqd sub celo est aspicit. Quid
 25 uentis leuius, & qs nouit unde, uel q flent, at deus illorū pō
 dus etiā pbat, & aquarū stillicidia numerat, ut in mensura
 sua dent pluuiā, choruscationesq; & tonitrua in hoc mode
 26 ratur. Ex qua re leuicula, quāta in alijs eius maiestas cogitā
 da licet animaduertere. Neq; noua & hesternā est hac diui
 na sapiētia, sed ante oīa secula deo familiaris fuit, qui oīa tūc
 27 probe cognouit, in libro suo descripsit, omnibusq; modis
 q; iuste sūt exactissime expēdit, atq; adeo noluit hoīez ē ter
 28 ra genitū sublimius quā par est scire, & curiosius altiora se
 indagare, sed cōtentus sit ille hac sapiētia, ut deū ac iudicia
 ei, reuerēat, & i hoc prudētē ac intelligētē declaret, ut à ma
 lorecedat, quē & uos si feceritis, nō ita me insectabimini.

2 Viuit deus] Ab iuramēto & deuotione exorditur, quo magis seria &
 angusta sit oratio, ualdeq; aduersariorum detestatur, quasi illis assentiri, sit
 grauissime periclitari. Est autē modus iurādi frequētissimus in scripturis, &
 inde sanctos nō abhorre a iuramētis cōtra Catabaptistas nostros. Neq; est
 cōtra illud Math. 5. Ne omino iuretis. Implere nos uult Christus legē, quā
 uere impletur, si cor absq; hypocrisi fuerit, & ueritatis amātissimū, quē admo
 dum & irā fōmit ē cordibus eradens, sincerā cōmendabat charitatē. Pha
 risaei sanē alieni à ueritate & fide erāt, neq; in eis erat, est, & nō. Alioqui cer
 tū est nō esse simpliciter malū nomē dei notāre ac inuocari, nihil enī eius glo
 riā praeiudicat, imō ad gloriā eius facit si cū iusticia & iudicio in testimoniū
 ueritatis pferatur. Iam hic iobo maxia cura erat uindicāda gloria dei, quā
 periclitaretur, si nō esset aliud iudiciū q in hoc mūdo. Signāter addit: Viuit
 dominus q nō amouet ut testetur q timeat deū, q. n. iā grauissimā dei manū
 experiebatur

experiebatur, & cuius anima sic affligebatur, quare abiecto timore peieraret. Ita autem dicitur amouere iudiciū, non quod sit iniustus, sed quod non reuelat quale sit iudicium, dum habetur afflicti pro inimico dei, qui tamen amicus.

- 3 Omm tempore, quo] Iunge sequenti uersu, ut sit ipsum quod iuramento affirmet: Dicere uult: Si unquā quamdiu uixero, loquar iniquitatem &c. periphrasis est uitæ, sine flatu & halitu non uiuimus: flatum autem uitalem, spiritum dei uocat, a deo inspiratū Adæ, & hominibus datum. Colligere quidā hic uoluerunt triadis mysteriū, sed prodeset summa sacramenta certissimis ac firmissimis scripturæ testimonijs asseuerare, ne exteris ludibrio exponamur, רי ab initio huius uersus, quod Græci reddunt ὅτι, & Latini nonnunquā quod commode omitti potest.

- 4 Si loquentur labia] Hoc est, si recantaro & secus docuero quā antea uobis subscribendo: hoc enim foret loqui dolum & iniquitatem, id est, mentiri. Hac autem contentione, seipsum roborati ne a recta uia declinet, ne ille impugnantibus crucem abiciat.

Absit à me] Heb. non simpliciter dicit, sed absit, ut res pollutissima, & imitū mihi sit, sicq; detestationē repetit: Si uos iustificet, id est, uos talia dicētes.

- 5 Non amouebo simplicitatē] Non sunt hæc & sequentia hypocritarum more dicta, qui sibiipsis multū tribuunt. Neq; ualet hic locus pro asserenda nostra iusticia, uindicandisq; lib. arbitrij uiribus in præiudiciū gratiæ. Neq; enim illa possibilitatis humanæ sunt, nisi spiritu dei agamur. Contendit autē Iob ut peruersum iudiciū aduersariorū cōdemnet. Pro simplicitate alij perfictionē reddunt, quos non ualde taxo, ut supra dixi.

- 6 Iusticiā meam apprehēdi] Id est, pertinacissimo mentis proposito sectatus sum, fortiter cepi, Non ero mollis, id est, non ero remissus, neq; sinā uires meas imminui. Et opus in tanto agone gratia quæ robur suppetet.

- 7 Non obiurgabit cor meū] Hoc est, non sinam, ut male mihi conscius fiam. Alij in præterito exponunt. Videtur magis apposite in futuro, ut Heb. habet רחמך quod plus est quā reprehēdet. De minoribus enim quis reprehenditur, de quibus tamen non obiurgatur iure: Est & infirmitas nostra inexcusabilis, tametsi propterea obiurgabilis non sit.

Supr dicbus meis] Scilicet male collocatis.

Erit sicut

- 7 Erit sicut impius hostis] In hac causa inquit: mihi aduersari non parum fuerit: est enim pietati & iustitiæ ipsi aduersari. Adungere autem & credere talibus, nequaquam modestiæ uel humilitatis fuerit, sed contemptus pietatis. Veritatis confessio, propter auaritias non omittitur. In alijs palmam habeat humanitas, modo ueritati cedat. Quæ uera charitas est, cõgrediet ueritati. Hostem & insurgentem in se, uocat contradicentem sibi, etiam si alias amicum se simulet. Græcus etiam poenæ meminit, quasi dicat. Absit ut talibus cõmunicem quibus tanta poena debetur, ne etiam ipse poenæ fiam reus: dicit enim ὁ μὴ δὲ ἀλλὰ ἐλυσσεν οἱ ἐχθροὺς ὡς περ κατὰ ποῦν τῶν ἀσέλγῶν καὶ οἱ ἐπ' ἐμὲ οἱ ἐπ' αὐτῶν ἀμεινοὶ ὡς περ ἡ ἀπὸ δαίμωνος τυραννίῃ. Veruntamen sint inimici mei sicut subuersio impiorum, & qui insurgunt contra me sicut interitus tyrannorum. Viderint igitur qui humano metu à ueritate desciscunt, quantum periclitentur, & quibus morem gerant, nempe hostibus nō amicis, ijsq; perniciosissimis, etiam si parentes, si fratres, ac necessarii sint.

- 8 Quæ enim expectatio] Addit quanta poena sit eorum qui aliud ore protestentur, aliud edocti, quos recte dixeris hypocritas, & eiusmodi omnes auariciam sectantur: nam licet non expectent pecunias ab ijs quibus adulantur, expectant tamen fauorem. Accipiunt autem illi hic mercedē suam, à deo nihil expectant, quem tam parui faciunt, ut homines ei præferre non dubitent. Vbi igitur à deo sublatus fuerit spiritus eorum, quæ nam illorum spes? nulla utiq;. Pro rapuerit animam, quidam uertunt requiescere fecerit, uel fortunauerit animam, sed mecum faciunt Rabi Moyses & Abenezra. Est enim hic הוּאָ deductum à הוּאָ quod exuere & extrahere significat, quemadmodum à pedibus calcei, & à gladio uagina. Sic & alibi à corpore tanquam ab ergastulo educitur anima, & iterum tanquam expoliatur ueste. Qua ratione, humani spiritus ingenium, aliquanto felicius cognoscitur, quàm si Aristotelici εὐτελέχεια actum solum definiat organici corporis. Rapta autem anima hypocritæ quæ deum sateri coram hominibus crubuit ad iudiciū, quid respondēbit? quid sperabit? quid expectabit? Et non solum post hanc uitam, sed etiā nūm quando periclitatur, non habet hypocrita, quo se conuertat, & si frustra Rr deū implorabit.

deum implorabit, in quem nullam spem posuit: non enim exaudiet deus eum, qui non uero pectore & cum fiducia, quam oblationem uocat, orauit, quique non orat, ut deo det gloriam, sed solum eo spectat, ut à presente molestia eripatur, creptus autem iterum peccet, & mundanis se oblectet, contemptis celestibus. Hæc peculiararia hypocrisis sunt, bene igitur à tam perniciosa consuetudine abhorret, qui simplex & rectus erat.

- 11 Doceo uos ea que] Confortatus secum, ad docendum illos aggreditur. Primum promittens de quibus nam docturus sit, nempe de sapientia et iudicijs dei. Hæc enim sunt ea, quæ in manu dei & cum altissimo, quia ea non
12 pro hominum opinione, sed pro suo arbitrio dispensat. Et non abscondam, id est, libere dicam, non partem proferens, partem abscondens. Liat uos uidetis ipsi remita se habere, quod impiorum quidam etiam in hoc seculo iugi prosperitate fiuntur, tamen si hæc uaniloquia conualatis, vel sic expone. Tam aperta dicam, ut negare non possitis. Quid autem si sic exponas. Vos omnes uidetis, id est, omnes uultis esse uidentes, ac Propheta, & nihilominus tam uana docetis.
- 13 Hæc est pars hominis impij] Ab hoc uersu usque ad finem huius capituli recitat quæ illi uane docent, negantes prosperitatem impijs in hoc seculo usque sub finem uite concedi. Et sic principio opinionem eorum reiectaneam ponit, quam statuebant esse à diuina sapientia, & alioqui iusticiam dei non subsistere censebant. Itaque non sunt hæc ex mente lobi dicta, ut testatur Rabi Mose Neruam. Quod nisi obseruatis non inuenies germanam huius loci expositionem. Non est autem rarum scripturæ interficere aduersariorum uoces. Illi enim future uite rationem non habentes, ad sola præsentia spectabant, & propterea iudicabant, ut iusticia dei seruetur, necesse sit tyrannos & impios, hisce pœnis, quas portionem & hereditatem eorum uocat, in hoc mundo flagellari.

- 14 si multiplicati fuerint] Quinq; ponit, in quibus impiorum beatitudo
Quibus potissimum hic potissimum admirabilis est, nempe in filiorum multitudine, in opum abundantia, in bona corporis ualitudine, in ædificiorum magnificencia, et nominis celebritate. Hæc tamen omnia externa bona sunt, & uere beatum red-
dere nequeunt, etiam si simul adsint omnia, quod etiã sepe accidit. Illi autem
arguunt.

arguunt quasi filij impiorum, morte pereant præpropera, uel gladio in bello, aut à iudice ob flagitia trucidandi, uel non satiandi pani, id est conficiendi famæ, uel si qui gladio & fame non intereant per dend i morte, id est, peste, et sic absq; honore sepeliendi, ita ut ab uxoribus suis uiduis non deplorcantur, uel quod ab eis non multum diligantur, uel quod non tam crudeli morte migrarent, ut hij quos gladius uel pestis absorbit. Palam autem est hoc nō de omnium impiorum posteritate uere dici.

- 16 Si congregari] Negant & diuitias licet grandes corrascrint, impijs Impij diuitias eō
duraturas, sed à bonis & innocentibus dispensandas. Et uide quā oppositè, gregat. Pij uita-
impij tribuit congregationem & præparationem, quæ non sine labore con-
17 tingunt, comparatq; argenti & uestes eorum luto, cuius scilicet nullus est
usus. Iustis uero & innocentibus, usum et dispensationem, uti impij nihil præ-
ter laborem reportent. Porro est etiam uidere liberales impios, & diuitia-
rum usu haberi felices.
- 18 AEdificauit sicut aranea] Eadem sollicitudo uana, impij est in cōstruēdis
palacijs: sicut enim araneus sese euiscerat telam suam conficiens, quæ tamen
breui momento dissipatur, ita impius magnis sumptibus ædificat, uel breui de-
struenda, uel ab ipso paulopost non inhabitanda, sicut etiam umbraculum qd'
tumultuaria opera fecit uinearum cultus, breui uindemiæ tempore exacto, in-
habitorem non habet. At non semper deus impios ita iudicat; occupant
enim arces inexpugnabiles multis sæpe seculis. Diues iacebit. Negant impijs
19 etiā longioris æui incolumitatē, ac leuiorē mortem, quod etiā ipsum nemo sa-
tis circūspectus, constanter uerum affirmabit, licet non quā cūeniat, idem ta-
men & pjs accidit. Obijciunt illi Diues impius scilicet iacebit, & decumbet
nec congregabitur, id est non curabitur à filijs, nec sepelietur cum patribus.
Ita Esa' æ quinquagesimo secundo. Vñ i misericordiæ colliguntur. Et tunc tan-
dem aperiens suos oculos, quos hactenus peccatum clauserat, uidet omnia ne-
na esse, scq; ab omnibus institui.

- 20 Apprehendent eum sicut] Tunc terrores mortis sicut aqua
diluij apprehendent eum, & conscientiam grauissimæ mortis concucient,
iam in iudicio dei manifestandam. Eandem uolentiam signat in nocturna
turbine, quæ uiolenter aufert ac subducit. Vnde & in sequenti uersu dicit.

Ventus suscitauit eum, est enim Hebraeis **רוח** ille omnium uehementissimus & maxime sians, nec sinet ultra hic uiuere. Sunt qui hunc uersum referant ad uolentiam mortem, ut si à lictore ducatur, qui multis plagis accelerare facit: at non opus est glossare hoc. Morbi enim uolentie metaphoricæ hæc bene ascribuntur.

- 23 Plaudet super eum] Impij etiam gloria peribit, ignominiosus enim erit quem omnis obseruabat. Veruntamen etiam hoc non est perpetuum, fit enim sæpe, ut hypocritæ pro sanctis colamur. Proinde omnia hæc dicta sunt ex aduersariorum ore, in sequenti autem capite suam sententiam ponit.

CAPVT XXVIII.

Omnia quæ in terra aut aqua uiuent, uel humana industria, uel tempore manifestantur.

Sane est argenio egressio] Duo diat in hoc capite. Primum, quod omnia quæ in terris & aqua latet, aut humana industria, aut temporum successu manifestari permittit deus. Secundum, quod diuina sapientia nullo modo sit perscrutabilis uel apprehendibilis, sed soli deo nota, proinde sapientia hominis est timere deum, & arcana eius non indagare. Principio igitur uidemus quomodo ex abditis terræ uenis, hominum industria eruit aurum et argentum, cõflat, purgat. Idẽ uidemus in ferro et ære ex puluere & lapidibus mineralibus fieri. Hæc quidem admirabilia sunt, sed nõ similiter succedit, si diuinæ sapientie arcana perscrutari conitumur.

- 3 Finem posuit tenebris] Hoc est, non enim infinitum deus facit, & ad tenebras ac ad consummationem, ac finem pertingit potest, & probant ipse consummationem, lapidem tenebrarum, & umbræ mortis, id est, abditissimos lapides, qui in fundamento terræ sunt, ipse nouit, ac probabiles facit, & sunt qui tales producant. Græcus sic legit **τάξιν ἔθετο σκοτεινὰ καὶ τῶν πῶρας αὐτοῦ ἐξ ἐκρυβέζεται λίθος σκοτεινὸς καὶ σκία θανάτου.** Ordinem posuit tenebris, & omnem terminum ipse scrutatur, lapis tenebra et umbra mortis. Vbi annotant, **ἐν πᾶσι τὰ ξιν δὲ δῶκεν ὁ θεὸς μὴ μόνον τοῖς μεγάλοις ποιήμασι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔντελεσι, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀφόρισεν ταῦτοις ὅθεν ἡ τούτων προαγγελία ἐστὶ καὶ γένεσις, καὶ τῶν ἡμερῶν αὐτῶν.**

ρον κτλ. τὴν διαβολὴν σοφώτατος ἐργάσατο καὶ γίνεται τοῦ
 των περίληψις καὶ ἀνθοφαίρεσι καὶ τῷ ἀνισότητος ἰσότητος.

In omnibus ordinem dedit deus non solum magnis creaturis, sed etiam in uilioribus et loca segregauit eis. Vnde eorum productio esset ac generatio, et noctis dieiq; successione sapientissime effecit, et fit horum permutatio ac uicissitudo et inæqualitatis æqualitas. Et addunt.

Εἰπὼν πᾶσι πῶς ἔρασ
 αὐτοῦ ἐξεκρεβάτῃται ἐπ' αἰῶνι καὶ αὐτὴν τὴν ἐν βύθῳ σκοτίζῃ καὶ
 κροῦτομενον λίθον καὶ τὴν τοῦ θανάτου σκίαν ὅτι πάντα εἰδὼς ἐξε
 ταζει. Vt dixit omnem terminum ipse scrutatur addit, quod et ipsas quæ
 in abyſſo tenebras et latentem lapidē et mortis umbram, qui omnia nouit ex
 quirat. Hæc quidem ille. Sed simpliciter sic expone. Deus posuit lapidem tenebrarum
 et umbræ mortis, id est, abditissimos lapides, finem tenebris et
 perfectioni, id est, in fundamentis, quam tamen perfectionem, etiam ipse pro
 bat et probabilem facit.

4. Auxit flumen contra acolam] Dicit nunc quomodo illa arcana reuelantur. Solent enim incrementa flumina in uicinas declinare ripas, suo alueo relicto, ubi tunc multa reuelantur, quæ antea fuerunt incognita. Quod dum fit, peregrino et acule fluminis, molestum est. Et addit in plurali, nunc obliuioni dati sunt à pede, id est, nunc uadabiles sunt, et ob siccitatem transiri possent pede non tincto, nunc iterum exaltantur ultra quàm ut ab homine possint transiri. qua uicissitudine multa reuelari contingit.

5. Terra è qua exit] Id est, etiam sub ipsa terra frugifera ex qua exit siumentum, et cibus, latet sulphur et est longe alia terra, estq; conuersio sicut ignis: Vnde deſſa altius terra, reuelatur, non unquam terra saligna uel sulphurea, quæ non est sine igne.

7. Locus Sapphirum] Iunge tres uersus. Sæpe montes in quibus emittitur sapphirus et lapides eius preciosi, aurumq; multum, conuertitur in semetipsum, ita de solatam, ut nec à bestiis maxime solitudinem amantibus calatur, in accessuq; sit uolucris et feris.

8. In silicem misit deus] Et inde iterum aliam mutatio ē manu et potentia dei, montes transferuntur ac dissiliunt, erumpuntq; ex eis flumina, quæ uici-

Rr 3 nos campos:

10 nos campos irrigant & frugiferos faciunt. Et sic iterum multa reuelatur quæ
 11 multo tempore latuerant. Idem autem deus iterum flumina cohibet à suis flu-
 ctibus, ut abscondita prodantur.

12 Sapientia autem unde] Hæc altera pars est huius capituli, qua asserit
 diuinam sapientiam, minime indagabilem homini. Nulla peregrinatione ad
 illam peruenies, nullis thesauris emere poteris. Res corporales quantæcunq;
 sunt alicubi reperiuntur. Sapientia alterius rationis fuerit, illius nec locū nec
 precium indagabis. Frustra proficisceris ad Bragmanas, ad Athenas, ad Hie-
 rosolymitas etiā si mare traicias, & abyssū ingrediaris, cœlū nō mētē muta-
 bis. Neq; gymnasia, neq; curiæ, neq; tēpla, neq; monasteria, neq; stiliæ sapienti-
 orē reddent. Inter Sapientiā et intelligentiā hoc interest. Sapientes sunt, qui
 iam edocti sunt. Intelligentes qui capiūt quod edocēturi, & docibiles sunt.

13 Non inuenietur in terra] Terra uiuentium presens seculū est, ut Esa.
 Terra uiuentiū. quinquagesimotertio. Abscessus est à terra uiuentium. Psal. centesimo decimo
 Sapientia pretio quarto. Placbo domino in regione uiuorum: Et uicesimo sexto. Credo uidere
 non emittit. bona domini in terra uiuentium. Vnde etiam Exo. 33. Nō uidebit me homo et
 uiuet. De iudicijs uero dei, apud Rhomanos legimus. O altitudo diuitiarum
 sapientiæ & scientiæ dei, quā incōprehensibilia iudicia eius, & imperuesti-
 gabiles uie eius. Quis cognouit sensum domini. Et 1. Corin. 13. Videmus nunc
 per speculum in enigmate etiam accepto spiritu, tunc autem facie ad faciem.

Abyssus dixit] Prosopopeæ sunt sermonem mire exornantes: ut nec in
 terra nec in mari dicatur inueniri.

15 Non dabitur aurum] Ut ostendat sapientiam nullo precio uenalem: do-
 nū enim dei est, imò ipse deus, multa auri gemmarūq; nomina cōgerit, quibus
 homines omnia parari putāt. Auri quinq; nomina habes רבב generale no-
 men est auri, בתם massas auri significat אנפיר ex India uel Ophir,
 Auri nomina. alij obrizum aurū dicunt. פז, aurū purum, סגור aurū recōditū, quod
 in thesauro absconditū Inter gēmas ponit שהם, onyx, gemmā uolūt, quæ
 humani unguis speciē refert. Est autem onyx marmor apud Plinium lib. 3. 6.
 capite 7. ספיר Sapphirū dicunt acrij coloris aureis punctis collucentē,
 ונובית Cristallum à transparente uitrea puritate, nix est concreta, ut no-
 men habet gelu concretum, ראמות Corallia quidam uertunt. גבירש

Iaspidem

Iaspidem, alij gemmā albam, ut Leucopetalon Hebræi simpliciter dicūt esse gemmas preciosas פנינים Vniones uel margaritæ טופז Topazium quidam, alij smaragdum uolunt, ille apud Trogloditas, hic apud Aethiophas frequētiōr, acriter quidē uiridis sed nō ita purus ac cōcolor. Pli. lib. 37. cap. 5.

- 21 Et oculata est ab oculis] Addit ad sapientiæ illius persētā noticiā, non solum eos qui uiuunt in terris, sed nec angelos & eos qui olim mortui perfecte acēdere. Per uiuentes acipe eos qui in terra agunt, sicut supra terram uiuentium appellat. Dicens autem, & à uoluce cœli absconditam: illud iuxta Rabi Abraham, ad angelos cœlestes qui & ipsi plerāq; mysteria ignorant, tametsi faciem patris speculentur. Neq; necesse est, ut beati in deo omnia cognoscant sicut quidam scribunt, de defunctis, quod in speculo dei uideant omnia quæ hic gerantur uel cogitētur, sed satis fuerit eis scire sine quo ream noticiā beati esse nequeunt. De angelis testatur, idem Dionysius de cœlesti Hier. cap. 6. Hinc etiā est quod apud Esa. Seraphin facies suas uelant.

- 22 Perditio & mors] Synecdoche, id est, hij qui in infernum pridem descendunt, hoc est, sepulti ac mortui sunt. Et illi dixerunt, quod audierunt ab alijs hominem non posse diuinā sapientiā comprehendere quæ soli deo nota est. Tametsi magis arridet, et si etiam ipsi fateantur, se non eō peruenisse, ut de his asserre quid certius possint, sed tantum norunt, quantum alijs commemorantibus didicerunt. Arguit igitur, si illi non arrogant sibi hanc scientiā, multo minus hoc nostrum fuerit illis minime conferendi.

- 23 Deus intelligit] Hoc autem didicerunt, soli deo iudicia sua nota esse, is scit uiam & locum & quo spectet, quibus modis & ubi nam agat, uel ubi moretur. Pater enim cognoscit filium, quem dicimus sapientiā dei, qui & eandor est lucis æternæ & impressa imago substantiæ illius. In filio se totum conuētur pater, quia tota natura sua est in ipso. Et placet quod legimus deus intelligat uiam illius sapientiæ scilicet tametsi cā ab ipso natura nō diuelamus, in diuisa tamen unitate, conspicuæ sunt inconfusæ hypostases. Patri enim notissimus est filius, hoc est, sapientiā,

Filius sapientiæ
Patris.

- 24 Quia ipse ad fines terræ] Probat à minore, nā si illa inferiora quæ quasi fortuita uidētur, diuinā puidētā nō effugūt, ut qā pils noster nō cecidit citra uolūtātē patris, utiq; et nos ei curæ sumus. Oīa itaq; ei præsētia cē et eo moderātē gubernari:

gubernari patet, quia & uenti quibus nihil leuius, & nesciatur unde uel quo fissent, habent constituite illo suum pondus, & minime pluiarum stille, suam sortiuntur mensurā, si uel pluuia uel chorufatio uel tonitrua, quæ uocæ dicuntur future sunt. Fuit enim hæc propter homines, et nos nescimus ea. Hoc magis. Definiūt Philosophi uenum esse uaporem terrenū, aërem transcendentem, & eum fortiter impellentem, Huic pondus datur, dum exussandi et ascendendi præscribitur terminus, ita & aqueis uaporibus quantū ascendere debeant, suus limes positus est.

27 Tunc uidit & scripsit eam] Tunc, id est, ab initio & ante omnia secula. Illud enim nō, id est, erat, æternum est, & nequit dari tempus, quoniam multum præcesserit illud. Tunc & erat. Neque enim dicere poteris: Erat quando non erat, quando non iam uiderat sapientiam, & scripserat & præpararat secū. Non quod sic pueriliter de deo imaginemur, quasi in operibus suis deliberatione, uel externo exemplari habeat opus, sed intra suam naturam, fecunditatem illam habet, & simul uult ac producit, et hoc loquendi modo sapientia eius omnibus modis perfectissima ostenditur. Ita Prouerbiorum octauo. Dominus possedit me initio uiarum suarum, antequam quicquam faceret. Et Sapient. nono. Affuit tunc cū orbem terrarum faceres, et sicbat quid esset placitum in oculis tuis.

28 Et dixit Adæ] Etiam ab initio homini mensuram scientiæ statuit, uolensque illum sobrie sapere, cohibuit à ligno scientiæ boni ac mali. Quod & omni homini dictum est, cui satis est, reuereri deum, & sic ambulando in præceptis eius ab inhonestis cauere. Vnde & sapiens Ecclesiastici sexto. Time deum, hoc est, omnis homo. Velle sublimiora super se sapere, superbiæ indicium est, quæ semper recedit gratia, timoris autem domini comes est humilitas, humilitatis uero gratia. Hæc satis perstringunt temerarios illos uiros, qui tantum de diuinis iudicijs

pronunciabant, et innocentem Iob condemnabant, quod nequaquam fecissent, timore diuino præditi.